



Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temvlentiæ
Malo, Eivsqve Remediis, Variis Item Scitv Ivcvndissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. VII. Gulosi hellunes quomodo puniti, è sacra scriptura liquidum fit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

tur. Indecentem auditatem, turbulentamq; cupiditatem inter edendum, etiam in simplicibus escis, fræner, ipsum obum modestè sumens, & eum honeste sensimq; mandauit. Et quanquam delectationem terrenam sentiat, sine qua refectio corporalis, ab homine famente, vel sitiente, uquaquam sumitur, non tamen eidem delectationi interactat, neq; eam ad intima sua admittat. Et ibidem pu-

lo inferius, aliud remedium suppeditans. Quippe cum retrahat atq; recognitat, Dominum I E S V M sed acetum pro nobis gustasse, facilius gulæ illecebros spernit, facilius delitiosis escis, ac potibus carere potest; atq; delitiosa edulria, & quæ temperanter & inculpate sumi-

4. Meditatio felicis & aceti ad Jeru-
uatore gaudi- statu.
De hoc vi-
de Exem-
plum Pale-
monii Ere-
mite super-
tius cap. 5.

cut minus sapida ac vilia. Hæc Blofius piè simul nox efficaciter.

Possent plura huiusmodi remedia enumerari, quibus plerisq; superi^o Ebrietatem sanandā docuimus; Ea igitur huc transferre, & conatibus exterrimandæ gulæ, quæ temulentia^e mater est, aptari, cui placet, licebit.

Nunc quædam Pamphagorum exempla commemorabimus, non, vt, ea, quis imitetur; Sed vt Gulæ, qua se contemerauerant, fæditate inspecta, Temperantia^e sectatores, ab ea facilius amouentur,

CAPVT XII.

Gulosi Helluones quomodo puniti, è sacra scrip-
tura.

Genes. 3. **Q**uam homini calamitosa sit, atq; exitiosa hac lues, primorum parentum infelix, atque omnium hominum lachrymis deplorandus, monstrat lapsus, qui à diuino mandato exorbitantes, sibi & omni posteritati, æternam poenam pepererunt.

rere. Iussi fuerant hi ab initio ligno vitæ abstine- *Gula pri-*
re; non potuit contumax animal, & primum in ve-
titum, aut certe noluit, ab eo gustu, gulae incitamen-
to, abstinere. Mors itaque authoribus culpæ hinc
fluxit; per eos clades illa dimanauit in omne huma-
nunum genus. pauci ea gula deliquerent, sed pœnam in-
numeris luerunt.

- Esau & ipse gulosissimus, primogenituræ iura, len- *Gen. 25.*
*tis edulio vendidit fratri Iacobo, at inquires, in eo *Gula Esau**
forsitan fames plus deliquit, quam luxus. Ut ut sit, ea & aliorū
*certè voracitas, illum à summo bono, ad extrema *punita.**
impietatis mala præcipitauit.

Israhelites, ex Ægypto, ductu Moysis egressi, quam- *Israheli-*
*uis præsentem numinis benignitatem experientia *tarū Gula**
*ipsa assequerentur, primùm tamen aquæ defectu, *vindica-**
*deinde cibi inopia, contra Moysen & Dominum ip- *ta.**
*sum murmurarunt. Aquas igitur de petra cibumq; *Exo. 15. 16.**
*celesti manna desuper pluente, habuerunt. Idem *Psal. 77.**
ollarum Ægypti memores, seruitutis oblii, carnes
flagitare cœperunt, Manna pertæsi, quā illorum im-
portunitatem misericors Dominus æquo tulit ani-
mo, coturnicum copiam submittendo; ipsi autem,
carnis esuluxuriam stimulatè, quid voracitatis que-
*rela sunt affecuti? David id in Psalmo docet. Adhuc *Num. 11.**
*esse eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit su- *Psalm. 77.**
pereos, & occidit pingues eorum.

Philistei epulabantur, & choreas ducebant: Sam- *Exempla*
*son verò implorato Dei auxilio, concussis senato- *alia quam**
*riæ domus columnis, vltus est iniuriam, ab inimicis *plura.**
*dudum irrogatam, simulque cum ipsis periit. Nole- *Iudic. 16.**
bant filii Heli carnes coctas ab offerentibus accipe-
re, sed crudas exigebant, ut eas lauatori condimen-
to præpararent. turpissimè tandem in prælio, con-
tra Philistos, occubuerent.

Nouerat Iob multa gulae peccata in conuiuiis admitti; idcirco postquam epulati fuerant filii eius consurgens diluculo, & ad expiandum edacitatis flagitium, si quod patratū esset, holocausta Domino offerebat. Gula tentatus est Seruator noster à Diabolo.

Matth. 4.

Marc. 1.

Luc. 4.

Matth. 16.

Mar. 6.

Luc. 11.

In gulosō conuiuio, innocens eius præcursor, Ioannes, caput amisit. Gula diuitem epulonem in inferno sepeliuit. Atq; vt vno fasce omnia comprehendam, non legitur vīpiam, hoc à Deo peccatum imputatē reportasse. Ut mirū dictu sit ac visu, nostri æui homines nunquam non comedationibus vacantes, his exemplis à tanto malo non absterreri.

CAPVT VIII.

Gulorum portentosæ quædam historia variis authoribus collectæ.

Iam suprà satis monitum, hæc exempla, non à imitandum, sed ad fugiendum hoc vitium, à Gulosa- bis induci. Subiacuere huic voracitatis malo, in- ziones. græ quoq; nationes. Bæotii, Græcorum semper luxuri- Alexā. ab sißimi, & voracissimi habiti sunt, inquit Alexander ab Alexand. lib. 5. genia. Alexandro, quare ab Atheniensibus fatui, rudes, & dier. ca. 21. pingues dicti sunt, propter ἀδημαγικων, quippe cum à Hinc sus uiuiss crudi discederent, distenti, rursus se ingurgitabat. Bæotica, in Thesalis etiam inusta voracitatis nota, vt & Pharsal- geniū Bæo- geniū, cōmu- lis. vnde Mnesimachus apud Cælium: Pharsaloru- ni paræ- venit aliquis, vt mensas voret ipsas. Myconii Ligurito- mia vulgo res famosi erant, & alienæ appetentissimi mensæ, dicitur, pro Hinc adagium. Myconius vicinus, in eum, qui non stupido. vocatus ad conuiuium, accedit. Tarentini molles & Cæl. Rho- delicatuli extiteré, non minus in cibo quām sues, al- dig. lib. 2. 8. fiduè grunnientes. De quibus haud ineptè illud Sa- cap. 2. tyricum celebratur--

Ibidem.